Alle. Precedente dño tranſim⁹ fretū huius ſeculi. In hoc mare ubi coartantur ſancti deſcenderunt apli. ⁊ primus domin⁹ deſcendit vt nos de amaris fluctib⁹ liberaret. ⁊ calcato freto confundent' o. p. f. vt in fluminib⁹ mundi pdicantes pedetranſeant. ⁊ humiliato dyabolo imperiū eius a ſanctis recedat. ⁊ liberati cōfortabuntur. et gloriabunt' in dño dicentes: Michi abſit gloriari niſi ĩ cruce d. n. i. c.

Ca. ·XI·

Aperi libane. Predicta captiuitate iſraelitici ppli p aſſirios et babilonios: ſuppoſuit etiam de reſtauratione templi. et ſequenti populi ſelicitate. nunc trāſit ad ea que p romanos facta ſunt ĩ templo ⁊ hieruſalem. ppter vindictā ſanguis chriſti. Per libanum itaqꝫ tēpluꝫ ſignificatur qđ aptuꝫ eſt: ut intret romanus exercituſ. Per nomia arboruꝫ que ſupponūtur ſignificantur principes ⁊ ſacerdotes illi⁹ populi

Vox vlulatus paſtoꝝ. Per aliaꝫ methaphoram quos magnificoſ uocauerat nunc paſtores. i. principes et doctores vocat. qſinuitat ad luctū qꝛ magnificentia eorū vaſtatur. i. templū de quo gloriabantur.

Vox rugitus. Sicut altitudinem tēpli intra ſitum iudee terre altitudini libani compauit. qꝛ libano ĩ terra pmiſſionis nihil eſt excelſius aut nemoroſius: ſic iordani qui maximus in iudea eſt iuxta quem morantur leones. fremitū iungit leonū ppter ardoreꝫ ſitis. vel ob deſerti viciniam. Vñ dr. Aſcēdit leo de iordane. id eſt. nabucħ. contra hieruſalem de ſedibus ſuis. tāqꝫ leo de cubili. Vox ergo leonū. i. fremitū romanorum. audit' ꝯtra hierlm.

Hec dicit dñs. Quia aptus eſt libanus et omnis ſupbia iordanis vaſtata. idcirco h̄ dicit dñs d. m. p. p. o. id ē. nūc iterim nutriant'. ⁊ creſcat qꝛ p⁹ea ab hoſtib⁹ occidendus eſt q̄ſi oues et pecora.

Quicunqꝫ doctores tam in veteri teſtamento q̄ꝫ in nouo negligen. ius agunt. ⁊ minimis ſcandalizant. ipſi pecora occiſionis nutriunt. nec cōpatiuntur ſup illos. ſ; vendunt ſibi creditos. et ex mortib⁹ aliarum diuitias conſequuntur. laudantes eos qui predam agunt. miſeris ⁊ iniquis benedicentes.

Nec mirum ſi hoſtes occidebant et vendebāt. cū ipſi eoꝝ paſtores nō

ſ minas pſecutoris
in maris freto. ⁊ percutiet in mari
ſ ſic.
fluctus: ⁊ confundentur oīa pro
ſ tunc.
funda fluminis. Et humiliabitur
ſ dyaboli.
ſupbia aſſur: ⁊ ſceptrum egipti re
ſ et ſic ſ fortitudo mea et l. m. d. ſ filio.
cedet. Confortabo eos in domi
ſ chriſtiano ſicut enoch ſ cuꝫ domino ſ de virtute in virtutem.
no: ⁊ in nomine eius ambulabūt
dicit dominus.

Ca. XI.

ſ vt intret romanus exercitus ſ tēplū a zoro babel inſtauratū
Aperi libane
ſ vel ignis cūcta vaſtabit vel hoſtilis imper⁹ duces et sacer
portas tuas: ⁊ comedet ignis ce
tes conſumet ſ ſacerdotes et principes mutua ſe deploratione lugeant.
dros tuas. Vlula abies quia ceci
ſ quod obſcure poſuerat manifeſtius exponit † ſ confuſionis et ignominie
dit cedrus: quoniam magnifici va
ſtati ſunt. Vlulate quercus † baſan
ſ quia templum quod inexpugnabili firmitate erat conſtructum a romanis eſt delectum
quoniā ſucciſus eſt ſaltus munit⁹
ſ auditur
Vox vlulatus paſtorū: quoniā va
ſ alias magnificentia ſ Quos prius arbores poſtea paſtores nūc leones vocat qui
ſtata eſt ſupbia eorum. Vox rugi
plorant deſtructo templo in quo nutriebantur quidā iuſti et potētes et bellatores quaſi leōces
tus leonum: quoniam vaſtata eſt
ſ aque decurrentis.
ſupbia iordanis. Hec dicit dñs
ſ o zacharia.
de⁹ me⁹. Paſce pecora occiſioniſ
ſ romani ſ iure victorie ſ immiſericorditer ſ p tāta crudelitate ſ quoſdam reſeruabant non ppē clementiam ſed ppter precium
q̄ qui poſſederant occidebāt ⁊ nō
dolebant: ⁊ venundabant ea di

pepercerunt eis. ⁊ p culpa eoꝝ grex ſepis traditus ē.

Ecce ego tradam. Poſt euerſionem templi que ideo accidit quia p. xlij. annos penitere noluerunt. traditi ſunt vnuſqſqꝫ in manu pximi ſui qꝛ mutua ſe nece trucidabāt.

Ecce ego tradam. Quādo hierlm obſidebat' a romaniſ tāta inter ipſos iudeos erāt bella. ⁊ diſcordie ciuiles. vt ĩ tres ptes ppls diuideret'. ſicut in hyſtorijs legit'

⁊ concident. i. deſtruent romani omnē terram. et vniuerſas vrbeſ iudeorum. ⁊ nō eruam eos de manu romanorū. ſed ſub eiſ eterna captiuitate deprimentur. et depaſcā pecus occiſionis. vt ſemper iudei nutriant' ad mortem. Quia domini eſt ſententia. o vos pauperes. i. iuſti de iſrael qui ſuſcepiſtis dei filium. audite que dicuntur. et ſequentis capituli ſacramenta cognoſcite

Et aſſumpſi michi. Quia ſuperius dixerat irreparabileꝫ vaſtitatem templi et hieruſaleꝫ. quia poterat hoc videri de ſolo iudaico populo dictū qui interfecit propheti̇s etiā ipſum dei filiū occidit dicens: Sanguis eius ſuper nos et ſuper filios noſtros. nunc creator vniuerſitatis exponit miſteria ſui orbis dicens ſe habuiſſe duas v. ⁊ in ill' vinctuꝫ populum paviſſe.

Et aſſumpſi mi. Creator vt paſtoris habituꝫ demōſtraret aſſūpſit virgas duas vel baculos. vnaꝫ vocauit decoreꝫ. i. oē humanū gen⁹. inſtaurato mūdo ſub noe anteqꝫ pctis ſorderet ſua bñdictione pterit. Et iō vocatō cūctaꝝ gentiū decora dr. qa nichil iuſti⁹ q̄ꝫ vt oim patrem oēs inuocēt eqūlit' ab eo geniti. et alteraꝫ vo. f. Cū eſſent termini gētiuꝫ iuxta numerū angloꝝ dei. Iacob fuit ppls dei. et funicul⁹ hereditatꝭ ei⁹. Et paui g. iſrl'. ⁊ cū iſraele totū hūanū gñs. Et ſuc. ꝛc. Tres paſto. Moyſ ⁊ aarō ⁊ maria. qꝛ maria in pmo meſe q̄ niſan dr mortua ē in deſto ſin. ⁊ in eodē loco. ⁊ in codeꝫ mē ſe ppt' aquā ꝯtradictōis moyſes ⁊ aarō ꝯdēnati ſūt. ne intrarēt ĩ t'raꝫ pmiſſionis. ſic factū ē vt de t'bu iuda pſēti morte ſuccederēt' duo ſententia future morti. ⁊ ꝯtracta ē aīa mea ĩ. e. ſup tres paſtores q̄s pꝑoſuerā gregi meo Siqdeꝫ ⁊ a. e. v. ĩ. m. qꝛ ñ glificauerīt me ad aquā ꝯtradictōis. Vl ppls variiſ modis ꝯtra me pugnauit. huc ⁊ illuc int' me ⁊ ydola fluctuās. Iō indignus dixi ad moyſē Nō paſcā v. ſ; q m. m. ⁊ q ſ. ſ. Corpa oim ruāt ĩ ſolitudine ⁊ dn̄i ĩ ſeditōꝫ q̄i beſtie mutuis lacerent' morſib⁹ nllꝰqꝫ trā pmiſſionis itret

Et tuli virgam. Aſſumpto iſraele qui funiculus eſt domini totius

ſ Hoc dicebant romani iudei decim
centes: Benedictus dominus: di
peccatis ſuis offenderunt ideo oppreſſim⁹ eos et pcio eorum diuites facti ſumus
uites facti ſumus. Et paſtores eo
ſ quia paſtores eorū non pcebant eiſ. et iō ego nō parcā habitatoribus iudee.
ruꝫ non parcebant eis: et ego non
parcam vltra ſuper habitātes ter
ram dicit dominus. Ecce ego tra
dam homines vnumquēqꝫ in ma
nu proximi ſui. et in manu regis
ſui. ⁊ concident terram. ⁊ nō eruā
de manu eorum: et depaſcam pec
occiſionis propter hoc o paupe
ſ ad regēduꝫ
res gregis. Et aſſumpſi mihi duaſ
ſ humanuꝫ genus.
virgas. vnam vocaui decorem: et
ſ ſcꝫ iudeos
alteram vocaui funiculum et paui
gregeꝫ. Et ſuccidi tres paſtores in
menſe vno: et contracta eſt anima
mea in eis Siquideꝫ et anima eo
rum variauit in me Et dixi: Non
paſcam vos. Quod moritur mo
riatur ⁊ quod ſucciditur ſuccidat':
⁊ reliqui deuorent vnuſquiſqꝫ car
nem proximi ſui. Et tuli virgā me
am que vocabatur decus. et abſci
ſ exponit quid g virgam decorā intellexerit ſcꝫ omnes nationes que a deo abiciuntur.
di eam. vt irritum facerem fedus
meum quod pcuſſi cum omnibus
populis: et in irritum deductum

orbis nationes a cultu dei ſeparate ydola coluerunt.

¶ Et appēderūt. Iudei malicioſi interpretantur: p triginta argenteos triginta mandata legis que facere iubebantur: et rurſum .xxvi. alia que pro hibebantur: et dicitur eis vt argentū mandatorū domini reddant deo ſuo plaſte et factori: qd quia facere noluerunt: proiecti ſunt.

¶ Proiice illos ad ſta. Statuariū: vel ſtatarius: pondus. Inde ſtatarius. i. pōderator.

¶ Ad ſtatuariū. Id eſt, ad fuſorem ſtatuarum: qd alij plaſten dicunt. i. fictorē: vel ſigulū: vbi oīm creator d precio indicet: qd de eorū yroice vocat, qſi dicat: Populus quē elegi in filios tam vili precio me vendendum e mendūqz indicauit. Et proieci illos. In domum domini fecit eos a proditore reddi ſacerdotibus et phariſeis qui ex eo emerūt agrum figuli. i. creatoris oīm: in quo ſepeliūtur peregrini et aduene legis: ſanguine xpi redempti.

¶ Vt diſſoluerem. Sicut prius iſrael et iudas ab inuicem fuerunt ſeparati: ſic poſt chriſtum apoſtoli et illi qui penitentiam egerunt: rurſum dicuntur iudas. i. dnm confitentes. Qui non permanſerunt i duricia cordis dicendo: Non habemus regem niſi ceſarē: vocātur iſrael: ephraim: ioſeph: ſic de codē populo credentes diuidit: quibus non facit irritum teſtamentū dei: ſz vſqz hodie manum porrigit: alios in infidelitate relinquit.

¶ Adhuc ſume. Qui prius ſumpſerat virgas: que ſuo vicio diuerſis temporibus proiecte ſunt: et tandē ſoluta germanitate: gētiles in bonam oliuam ſunt inſerti: rurſus precipit aſſumere vaſa ſtulti paſtoris. i. vaticinium antichriſti.

qn aſſumptus ē iſrahel.
eſt in die illa. Et cognouerunt ſic
populus iſrahel / mādata mea ad meum honorē
pauperes gregis qui cuſtodiunt
volūtas dei ē abijcere gentes negātes et in abraā aſſumere iſrael cōfitentem
mihi: quia verbū domini ē. Et dixi
ſi placet libero arbitrio
ad eos. Si bonum ē in oculis ve
qz vos paucos aſſumpſi et gētes abijci: ſeruate mea pcepta / ſi non vultis reddere mercedē nec meo noie cēſeri apte renuite faciteqz vultis
ſtris: afferte mercedē meā. Et ſi nō
qui dixerūt oīa q̄ pcepit deus faciemus: poſtea .xxx. argēteos dederūt iude proditori p meo ſanguine.
quieſcite. Et appenderū t mercedē
meam triginta argenteos. Et dixit
pr ad filiū vel deus ad pphetā / nō dicit de pone. ſed pijce vt iudicio fictoris merces domini ponderetur.
dominus ad me. Proijce illos ad
alij conflatorium
ſtatuarium. Decorum precium quo
ait dñs p pphetā
ſicut mihi fuerat imparatū
appreciatus ſum ab eis. Et tuli tri
precium argēteis in templo abiens laqueo ſe ſuſpendit
ginta argēteos: et proieci illos in do
crucifixo
mum domini ad ſtatuariū. Et preci
dño et precio eius dato i ſepulturā nō differt deus dare ſententiā cōtra hieruſalem q̄ erat prorie paſcuis et funiculus ſed nō proijcit.
populū peculiarē
di virgam meā ſecundam q̄ appel
nō eni veni pacē mittere in terrā ſz gladium.
labatur funiculus: vt diſſoluerem
federis et cōcordiā q̄ inter iudā et iſrael fuerat
germanitatē inter iudam et iſrahel
pphetam
Et dixit dominus ad me. Adhuc ſu
i. inſignia et habitū antixpi ut qualis venturus eſt nō ſolū voce ſed et habitu oſtendas
perā: baculū: fiſtulam: ſibilum.
me tibi vaſa paſtoris ſtulti. Quia
paſtor bonus egrotantia pecora viſitat: diſperſa pquirit: relicta affert: laſſa ſuſtentat: malus paſtor ecōtrario oīa puerſa agit.
ecce ego ſuſcitabo paſtorē in terra
qui derelicta nō viſitabit: diſpſum

¶ Et carnes pinguium cō. Si quid in charitatis et ſapiētie pinguedie vigebat: deuorabit: et vngulas arietum et ouium diſſoluet: et peruertet ne recto pede gradiantur.

¶ O paſtor et idolum. Tam ſceleratus es: vt non cultor ydolorum: ſed ydolum nomineris: dum vis ab hominibus adorari: qui derelinquis gregem a beſtijs deuorari: quē dñs toto tpe cuſtodierat.

¶ Iſte paſtor ideo conſurgit in iſrael: quia verus paſtor dixerat: iam nō paſcam vos: hic alio nomine abominatio deſolatōnis vocatur: ſeſſurus i templo dei tanqz ſit deus.

¶ Ideo gladius domini ſup brachium et oculum dextrum erit: vt robur eius et omnis iactantia fortitudinis eius ariditate ſiccetur: et ſciam quā ſibi falſo noie pmittebat: eternis tenebris obſcuret.

¶ Onus verbi dñi. Ab hoc loco vſqz ad illum locum vbi dicitur: framea ſuſcitare: triplex expoſitō fit. Quidam eni iudeorū putāt hec iā ex parte completa a zorobabel vſqz ad Cayū pompeiū: qui primus romanorū iudeam cepit: et templum ſicut dicit ioſephus: alij in fine mundi complēda quando inſtaurata erit hieruſalem. Chriſtiani vero quotidie hec in eccleſia cōpleri dicunt vſqz ad finē mundi. Quid autē cui aptādū ſit: et in expoſitōnis varietate prudens lector intelligat.

nō queret: et contritum nō ſanabit: et
id qd ſtat non enutriet: et carnes pi
guium commedet: et vngulas eorū
deſcripto paſtore ad ipſum ſermo pphetalis conuertit
diſſoluet. O paſtor et ydolum: dere
linquens gregē. Gladius ſup bra
quo ſe acutius omnibus pphetis iactabat cernere ſacramenta dei intātum vt dei filiū ſe vocaret.
chium eius: et ſup oculum dextrum
eius. Brachiū eius ariditate ſicca
bitur et oculus dexter eius tenebre
ſcens obſcurabit.

¶ C. XII.

in ſequentibus verbis oñdit quāto onere deus pſſurus ſit hieruſalem
ONus verbi do
mini ſuper iſrael. Et dixit dñs ex
ſicut pellem / alta mole ſolidauit
tendens celū et fundās terrā: et fin
i. animam
gens ſpūm hominis in eo. Ecce ego
ponam hieruſalē ſuperliminare cra
pule in omnibus populis in circuitu
captus ab hoſtibus et in illorū trāſiens ſocietatem coget obſidere ſuā metropolim hieruſalem
tu: ſed et iuda erit in obſidione con
pter ſupradicta
tra hieruſalem. Et erit in die illa po
hoc. ſ.
nam hieruſalē lapidem oneris cū
ctis populis. Omnes q̄ leuabunt
lapidem
nō ipune ferent / onere lapidis / qz congregabunt cōtra hieruſalem
eū concisione lacerabuntur: et colligentur
aduerſus eam omnia regna terre.
In die illa dicit dominus percutiam

¶ Ecce ego p. i. ſu. c. Vt quicunqz limen eius inhabitando attigerit: inebrietur: et crapula preſſus corruat. Vel ipſum ſuperliminare corruet: et opprimet eū a quo cōtingetur.

¶ Allegorice. Perſecutores qui contra domum dei dimicant inebriantur eo calice quem hieremias vniuerſis gentibus propinat: vt bibant et inebrientur et cadant: et vomant: et inſaniant. Tempore enim perſecutōnis multi chriſtiani pugnare contra eccleſiam compulſi ſunt: et leuāt qs lapidē et manibus ſuis ſuſtentant pro ira dei q̄ corripit peccatores. Sz ipſe qui eleuat nō erit impunitus: dei gladio contra ſe dimicante.

¶ Lapidē oneris. Mos erat in iudea in aliquo celebri loco poni lapides rotundos grauiſſimi ponderis: quos iuuenes pro varietate virium probādarum: alij vſqz ad genua: alij vſqz ad vmbilicum: ve etiam ſuper ceruicē extollebāt: nec prius ad agonem deſcendebant qz ex eleuatione ponderis ſciretur quis cui comparari deberet. Eſt ergo ſenſus. Ponam hieruſalem gentibus: quaſi grauem lapidem ſublevamentū: et leuabūt eam: et pro virium varietate vaſtabūt. Sz grauis lapis dū leuabitur i leuantium corporibus ſcaſſiōes vl raſuram relinquet.

¶ In die illa. Id eſt: quando obſeſſa erit hieruſalem: ita vt iudas quoqz obſidere eam cogatur: percutiet dominus et carnaliter et ſpūaliter equos aduerſariorum: ita vt qui viderint percuſſos ſtupeant: et aſcenſores eorum preſſi magnitudine periculi vertantur in amentiam: et ſuper domū iuda q̄ cogebantur pugnare contra ſuam metropolim: aperiet o. ſ. quia miſertus eorum: ſuo dignos facit aſpectu: ſed equos populorum percutiet eterna captiuitate.

¶ Allegorice. Ecce lacerato lapidis quam in aduerſarios qui hieruſalem vexare conati ſunt: dominus comminatur qz et equos malos qui proni ſunt ad currendum in malū: et aſcenſores. i. demones: vel falſos magiſtros

vertet in ſtupoꝛē ⁊ in amentiā. vt nihil ſape conuincant̃. ſ; palpabiles ꝑmāt eos tenebꝛe quales fuerūt quādo egyptioꝝ primitiua ꝑcuſſa ſunt. ſed ſuper populū ↄfitentē qui timoꝛe videbat̃ eſſe in numero pſequentium. apiet ocu los vt electos reſpiciat. ⁊ ſit eis lumē eternum.

¶ Et dicēt duces. Aptis oculis domini ſup iudam. ⁊ hoſtib; ꝑcuſſis cecitate. duces iuda q̄ cogebant̃ pugnare ↄtra hieruſalem. facient vota ĩ coꝛdibus vt hieruſalē vincat. ⁊ ipſi victi cū hoſtibus vincāt cū ſuis ciuibus.

¶ Myſtic. Duces et tribuni ſūt apl̄i ⁊ apoſtolici viri. qui nolunt ſibi ↄiūgi niſi habitātes hieruſalē;. i. in viſione pacis. ⁊ q̄ habitāt in dn̄o deo ſuo.

¶ In die illa p. d. i. Cum dn̄s interfecto aduerſario ſpiritu oris ſui pacē reddiderit eccleſie. tūc duces xp̄ianī noīs deuorabūt īfructuoſas arboꝛes. ſic caminus ligna. ⁊ ſicut facem ſtipulā q̄ caret fructu. ⁊ omni uento circūfert̃ a dextra ⁊ a ſiniſtra. Via dextra ꝑcitas q̄ philargiria grece. ſiniſtra luxuries. media receſq; frugalitas. Omnes ergo quales in dextra vel in ſiniſtra ſūt flama ↄſumet. quibus ſublatis eccleſia ad priſtinum redibit ſtatum ⁊ tabernacula. i. ↄcilia bula xp̄ianoꝝ toto oꝛbe diſpſa ſaluabit de⁹ de quib; quaſi tētoꝛijs cupimus ire ad hieruſalem nō manufactā.

¶ Ut nō magnifice glorier̄. Non ꝑt dicere dom⁹ regia. ⁊ ĩ diti ⁊ magnifici de tribu inda. ⁊ habitatores hieruſalē ꝙ ſuo cōſilio vel virtute guberner̄ tota tribus iude. ſ; ſciāt ꝙ dn̄i ſit ĩ vtriuſq; victoria.

¶ Ideo obſeſſis principibus eccleſie ⁊ in fugam verſis. ſaluat de⁹ oēs q̄ xp̄iano cenſent̃ nomīe. ne putēt doctores eccleſie ſua ſapientia. ſ; dei auxilio pacē eccleſijs redditam.

omnem equum in ſtupoꝛe: et aſcēſoꝛem eius ĩ amentia. Et ſuper domum iudā aperiam oculos meos: ⁊ omnē equum populoꝛum percuſſiam cecitate. Et dicent duces iuda[†] in coꝛde ſuo. [†] Confoꝛtentur mihi [†] habitatoꝛes hieruſalem in domino exercituum deo eoꝛum.

† ſ quia loqui libere non audebunt. † ſ ne captiuentur.
† ſ pro meo velle. † ſ obſeſſi. vt qui ſua imbecillitate victi ſunt. tuo ſuperent auxilio.
ſ quando hec dicent duces iuda.

In die illa ponam duces iuda ſicut [†] caminum ignis in lignis. ⁊ ſicut facem ignis in [†] feno: ⁊ [†] deuoꝛabunt [†] ad dexteram ⁊ ad ſiniſtrā omnes populos in circumitu. Et habitabitur hieruſalem rurſum [†] ĩ loco ſuo hieruſalem. ⁊ ſaluabit dn̄s [†] tabernacula iuda ſicut ĩ pꝛincipio: vt nō magnifice gloꝛiet̃ dom⁹ dauid. et gloꝛia habitantium hieruſalem contra iudam. In die illa proteget dominus habitatoꝛes hieruſalē;. Et erit qui offenderit ex eis in die illa quaſi dauid. et domus dauid quaſi dei: ſicut angelus domini in conſpectu eoꝛum. Et erit in die illa quęram conterere omnes gentes quę venient contra hieruſalē: ⁊ effundam ſuper domū; dauid ⁊ ſuper habitatoꝛes hieruſalem ſpiritum gratię et pꝛecum. Et aſpicēt ad me quem confixerunt. ⁊ plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum: ⁊ dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet in moꝛte pꝛimogeniti. In die illa magnus erit planctus ĩ hieruſalē. ſicut planctus adremmon in campo magedon. Et plangēt [†] terrę [†] familię ⁊ familię ſeoꝛſū familię dom⁹ dauid ſeoꝛſum: et mulieres eorum ſeoꝛſum. Familię domus nathan ſeoꝛſum: ⁊ mulieres eoꝛū; ſeoꝛſum. Familię domus leui ſeoꝛſum: ⁊ mulieres eoꝛum ſeoꝛſum. Familię ſemei ſeoꝛſum: et ⁊ mulieres eoꝛum ſeoꝛſum [†]. Oēs familię reliquę. familię et familię [†] ſeoꝛſū: et mulieres eoꝛum ſeoꝛſum.

† ſ vel ſtipula. † ſ viri iuda.
† ſ eos qui declinauerunt ad dexteram.
ſ vltra non timens hoſtiles impetus.
† ſ vrbes et opida et villas tribus iude que vaſtate fuerant inſtaurabit ſicut fuerant anteq; vaſtarentur.
ſ ſubiectā plebem.
ſ alias eius.
† ſ Que dicebat. ſanguis eius ſuper nos et ſ. f. n. † ſ tribus ſ tribus. ſ diuiſa alia ab alia.
ſ viri de tribu dauid plangent.
ſ viri de tribu nathan.
ſ viri de tribu leui.
ſ viri de tribu ſemei.
† ſ diuerſe trib⁹.
† ſ tribus a tribu.
ſ mulieres ſingularum tribuum diuiſe a viris ſuarum tribuum.

¶ In die illa pro. d. h. In illo tempoꝛe quādo dn̄o ꝓtegente iudas a dextris ⁊ a ſiniſtris ꝑcutiet aduerſarios. ꝓteget de⁹ obſeſſos hieruſalem. ⁊ tantā ꝓſperitatem dabit. vt qui viliſſimus putabat̃. ſit quaſi domus regia ⁊ qui de domo regia erit quaſi de domo dei quaſi nuncius dei ⁊ angelice dignitatis in cōſpectu eoꝛum q̄ eo tp̄e erūt ſaluati.

Proteget deus habitatoꝛes eccleſię pace poſt pſecutionē reddita. ⁊ ita gloꝛificabit eos qui ꝓ eccleſia militauerūt. vt etiā minim⁹ qui quaſi homo in aliquo ſuo facto vel verbo offendit in oꝛdine magiſtroꝝ ponat̃. ⁊ magiſtri q̄ ſuum ſuauerunt gradū. ſint quaſi domus dei ⁊ quaſi angeli dei. hoc enim in terra poſiti omni ſtudio querimus. vt angelis in celis equales ſimus.

¶ Et erit ĩ die illa. quęrā. Hec iudei ex pte iam facta ⁊ plenius in conſummatione mundi futura ↄmemoꝛāt.

¶ Quādo chriſtus ꝓtegit eccleſiam. querit etiā ↄterere gētes aduerſarias vt incipiant eſſe de eccleſia. quia creatoꝛ diligit creaturā. ⁊ copioſe illuminat ſenſum eoꝝ ꝑ ſpiritūſanctū quē diffundit in coꝛdib; eoꝝ qui ſunt dom⁹ dei ꝑ quem multas gratias ⁊ affectum orādi ꝓſtat. vnde qui poſtulat ꝓ ſanctis gemitib; inenarrabilibus.

¶ Et aſpiciēt ad. Cū iudei videbūt chriſtū regnantē in ſua et patris claritate. dolebunt a ſe crucifixum. ĩtelligētes fuiſſe vnigenitum. ⁊ pꝛimogenitū totius creaturę.

¶ In die illa magnus erit p. Adremmon vrbſ ē iuxta iezrael quę maximianopolis hodie vocatur in campo magedon. In quo ioſias rex iuſtus a pharaone nechao vulneratus ē ſup quo lamētatiōes ſcribit hieremias. Sicut ergo eo tempoꝛe p⁹ regē peccatoꝛe; omīs ſpes populi erat ĩ ioſia. ⁊ illo occiſo magnus planctus in vrbe ↄmotus eſt: ita cruciſixo ſaluatoꝛe. renouabitur planctus in hieruſalem.

¶ In die iudicij qn̄ omnia nomina dignitatum deponentur. ⁊ impletum fuerit quod ſcriptum eſt. Ecce homo et opera eius. ⁊ palee a tritico erunt ſeparatę. tunc erit planct⁹ magnus. non in alio loco ſed in hieruſalē. Plaga enī a ſanctis incipiet. et reges et ſacerdotes ⁊ pꝛophetę ⁊ doctoꝛes tundent pectoꝛa manibus: cū; viderint eum quē; crucifixerunt: regnantem ĩ ſua et patris maieſtate.

¶ Familię domus dauid. In dauid: tribus regia accipit̃. In nathan: pꝛophetalis oꝛdo. In leui: ſacerdotes. In ſemei: doctoꝛes. Ex hac enim tribu magiſtroꝛum agmina pullularunt. reliquę tribus tacētur. quę non habent aliquod pꝛiuilegium dignitatis.

¶ Qr vero ſeoꝛſum plangunt. ſignificat quia tēpoꝛe tribulationis nō debemus ſeruire coniugijs ⁊ operibus nuptiarum. Igitur nunc tribus domus dauid ⁊ alię tribus ſeparantur ab vxoꝛib; ſuis. vt plangant dominum iheſum de quo dixerāt. ſanguis eius ſup nos ⁊ ſ. f. n.

¶ C. XIII.

ſ poſt aſcenſionē chꝛiſti.
IN die illa erit

C. XIII.

¶ In die illa erit fon s patēs. Ut omnes renaſcamur in chꝛiſto ⁊ in aqua baptiſmatis nobis peccata condonentur. ⁊ in aqua ſpiritualis doctrinę ſcientia ſcripturarum tribuatur.

¶ Et erit cũ ꝓphetauerit. Sublatis nominib⁹ ydoloꝝ de terra ⁊ in mũdo ſpiritu qui loquebatur in pſeudo ꝓphetis· ſiquis illoꝝ amplius aliquid ex pſona domini voluerit ꝓphetare· parenteſ ipſius ꝓferent in illum ſententiam mortis.

¶ Nec operient ſacco. Mos erat ꝓphetis indui ſacco qñ do populũ ad penitentiam ꝓuocabant. vñ yſaie pcipitur· vt auferat ſaccum de lumbis ⁊ nudus incedat· quia nõ erat tẽpus penitentie. imminente iam captiuitate. Non ergo ꝓphetali bitu ſimplices decipiet· ſ; agricultur͛ deditus ꝓbabit ſe ſubiectũ dei ſententie qua ade dicit͛. maledicta terra in o· ⁊·

¶ His plagatus ſum. Non mirũ ſi pater oblitus carnalis affectus ꝓfert ſententiã mortis ꝯtra peccantez filiũ cum ex voluntate dei patris vnicus fili⁹ licet immunis a malo traditus fuit in mortẽ ꝓ delictis hominũ.

¶ Framea ſuſcitare. Prophetata deſtructione ydoloꝝ· ⁊ pſeudo ꝓpharum· et totius mendacij· ſubiũgit de paſſiõe chriſti· q̃ patris uolũtate adimpleta eſt· per quaꝫ paſſionem reprobatio falſitatis ⁊ illuminatio facta ẽ credentium.

¶ Percute paſtorẽ. Cum paſſione domini territi fugerunt apoſtoli. dicit matth. tũc ꝓphetiam iſtam impletam fuiſſe inducenſ deum patrem loquentez Percutiam paſtorem ⁊ diſpergentur. o. gre. volũtate enim dei patris celebrata ẽ paſſio chriſti in quo ⁊ iſte ꝓpheta conſentit· dicẽs ex voce dei· o framea pcute paſtorẽ· ⁊ d· o· g.

¶ Et ducã terciã partem per ignẽ. Iudei hec ad chriſtũ referũt· ⁊ in vltimo tẽpore futura ꝯtendunt. Sed hoc inter nos ⁊ illos ẽ· quia nos iam expleta dicimuſ· illi explenda ꝯmemorant.

¶ Ignem veni mittere in terrã· ⁊ apl̃i baptizati in ſpiritu dei ⁊ igne dicũt Probaſti nos deus igne· nos examinaſti. ¶ C. XIIII.

¶ Ecce dies domini veniunt. Solet accidere vt que ſubito ĩpetu

ſ oibus ſitientibus. ſ eccleſie xp̃i·
fons patens domui dauid et habitantibus hieruſalem: in ablutõeꝫ
† ſ minoꝝ peccatorũ ‡ ſ maiorum· nihil enĩ immundius mẽſtruata· que quicquid attigerit immundũ facit. et huius tñ ſordes abluuntur in xp̃i baptiſmate.
†peccatoris et ‡mẽſtruate. Et erit i
ſ quã crebro cõmemorauit.
die illa dicit dominus exercituũ:
† ſ ſimulacra ydoloꝝ· vel figmenta hereticorũ. ſicut enim idola manu artificis fiunt· ita peruerſa doctrina hereticorum quicquid ſimulat vertit in ydolum. et facit pro xp̃o adorari antichriſtũ.
diſperdam †nomina ydoloꝝ de terra: ⁊ non memorabũtur vltra.
ſ pſeudo· et ab ethnicis ſacerdotes ydolorum prophete vocantur·
Et prophetas ⁊ ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit cũ
ſ pſeudo·
prophetauerit quiſpiam vltra:
ſ oblita paterne pietatis et ardor: diuine ſeruitutis nõ expectãtes publicũ iudicium·
dicent ei pater eius et mater eiuſ q̃ genuerunt eum. Non viues: quia
† ſ quaſi eo auctore.
mendacium locutus es †in nomine
ſ verberibus et compedibus.
domini. Et configent euꝫ pater ei⁹ ⁊ mater eius· genitores eius cum
† ſ cũ falſa prophetãs iudicio parẽtũ condemnabitur: cõfundetur et mendacio falſe viſionis.
prophetauerit. †Et erit i die illa cõfundentur prophete vnuſquiſq; i viſione ſua cũ prophetauerit: nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur.
ſ ipſe cõuictus.
Sed dicet: non ſum propheta. Homo agricola ego ſum:
† ſ humani generis princeps· ‡ ſ vt comedã panẽ meum in ſudore vultus ⁊c·
qm̃ †adam ‡exemplum meum ab
† ſ ab alijs ſ cum ille oſtenderit ſe natũ ad hoc vt in ſudore comedat panem·
adoleſcentia mea. Et †dicetur ei:
ſ quid cõmiſiſti vt manus tue cõfigerentur clauis.
Quid ſunt plage iſte in medio ma
† ſ intantũ fugabitur mendaciũ: et veritas obtinebit locum· vt etiã ipſe qui ſuo punitus ẽ vitio: ſe iuſte perpeſſum fateatur ſ hec vulnera accepi iudicio parentũ cõdemnat⁹ qui nõ oderunt me· ſ; diligebãt etiã dũ punirent
nuum tuarũ. Et dicet: †‡His plaga
ſ alias domo·
tus ſum i medio eorum qui dilige
† ſ anguſtia mortis· ſ que occidit ſeruos occidat et heredem·
bant me. †Framea ſuſcitare ſuper
ſ qui dicit. ego ſum pa· bo·
paſtorem meum: et ſuper virum
ſ qui idem mecũ· vnde. ego in patre et pater in me·
coherentem mihi: dicit domin⁹ exercituum.
† ſ ita ſuſcitare. ſ vt percutias paſtorẽ et occidas· ſ ſic
†Percute paſtorem ⁊
† ſ diſcipuli omnes relicto eo fugerunt ‡ ſ relictis ſuperbis iudeiſ: humilis magiſter colligã humiles diſcipulos.
diſpergentur †oues. ‡Et ꝯuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra dicit dominus:
† ſ iudeorũ et gentilium· ſ ‡ q̃ pariter pereũt in paſ. i. ne xp̃i
†ptes due i ea: ‡ diſperdentur ⁊ deficient. et †tercia pars relinquetur
† ſ percuntibus incredulis iudeis et gẽtibus: tercius populus chriſtianorum ſuccedat. et ſola ſue vite virtutũ et hitarõi eccleſie reſeruatur.
† ſ Et ne iſta tercia ps ſit delicata et ſecura per ignes tribulatõnis ꝓbatur.
in ea. Et ducam †terciam partẽ per ignem: ⁊ vram eos ſicut vritur argentum· ⁊ probabo eos ſicut probatur aurũ.
† ſ cũ ſic probati erunt paruuli ſup quos deus manum conuertit· et p eos turba natõnũ crediderit. tũc credens populuſ vocabit xp̃m ſuo nomine. et illo dicente· tu es popul⁹ me⁹. rñdebit· tu es de⁹ me⁹.
†Ipſe vocabit nomẽ meum· ⁊ ego exaudiam eum. Et dicam: populus meus es· ⁊ ipſe dicet dñs deus meus.

C. XIIII.
ſ captiuitatis
Ecce dies domini veniunt dicit dñſ: ⁊ diuidentur ſpolia tua i medio tui †Et ꝯgregabo omẽs gẽtes ad hieruſalẽ in prelium: ⁊ capietur ciuitas: et †vaſtabuntur domus· ⁊ mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatiſ in captiuitatẽ· et †reliquũ populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus: et pliabitur ꝯtra gẽtes illas: ſicut pliatus eſt †in die certaminis. ‡Et ſtabunt
ſ o hieruſalẽ. † ſ q: iudei cõtra xp̃um aſtiterũt: et in vnũ cõuenerũt ad eũ crucifigendũ et poſt paſſionẽ indulto tempore ad penitentiã penitere noluerũt. iõ dñs hec mala ſuper eos inducit.
ſ magna miſeria.
† ſ templum et mõs ſyon.
ſ que vaſtauerũt hieruſalẽ
† ſ cũ pharaonez i mari ſubmerſit. et ꝓ populo ſuo dimicauit· ſ ñ moueburẽ hi quibus dñs miſertus fuit.

in ciuitate dei ſunt direpta· extra ciuitatẽ diſũt direpta· extra ciuitateꝫ diuidanẽ: ne forte hoſtes ſupueniant. Hic autez tanta depſſio icumbit: ut rapina raptoribus i medio ciuitatis diuidat ꝓ ſecuritate victorie.

¶ Iudei hec ſub gog ⁊ magog dicũt eſſe cõplenda· alij tpibuſ macedonum ⁊ egyptioꝝ ⁊ aliarũ gentium ex pte eſſe trãſacta.

¶ Et vaſtabuntur d. Non ſolũ capietur hieruſalem cũctis gentib⁹ cõtra eum in pliũ ſuſcitatis· ſed etiam domus in dolore dominoꝝ vaſtabunẽ ⁊ mulieres i dolore maritorum polluentur. quia ita timebũt mortez vt nec ſalutẽ puerorũ· nec pudiciciã vxorũ defendere audeant

¶ Et egredietur media pars. Et in captiuitate q̃ p romanos ⁊ in alijs captiuitatibus ſeptẽtrionalis inferiorq; pars vrbis capta eſt. Mons vero templi ⁊ ſyon· in quo arx erat regni integra manſit.

¶ Et egredietur d· ⁊ pre· Egredietur d. de loco quietis ⁊ clementie ſue quãdo ex gentibus mentis quietem interrumpe· ⁊ flagella ad emendationẽ inferre cogitur.

¶ Et ſtabunt pedes eius. Iudei litterã ſequentes dicunt dominum ſtare ſuper montẽ oliueti· ⁊ ipſum montẽ in duas partes eſſe diuiſuꝫ· vt contra orientẽ vnius partis ſciſſura habeat principiũ· ⁊ altera pars finẽ tendat ad occidentem Et in media valle precipiti· alia pars mõtis ad aquilonez· alia ad auſtruꝫ diuidat͛. Rurſus alia ſciſſura fiet ab aquilone in auſtrũ· et q̃ttuor plagas oriẽtis occidẽtis· aquilonis ⁊ auſtri ſciſſura tendat͛· ⁊ ita mõte oliueti in q̃ttuor ptib⁹ diuiſo· fugietiſ inq̃t ad vallem que ẽ inter templũ ⁊ ſyon· hi enim duo montes tẽpli ⁊ ſyon appellant͛ montes dei· quia illa vallis mõtis oliueti que ꝑruptis hinc ⁊ inde montibus cingit͛ vſq; ad montẽ templi qui ſanctus ẽ· ſciſſuram ſuã tendit.

¶ Et ſtabunt p· e· Cum ſteterit· nõ ſtabit in valle ⁊ locis humentibus· ſed

in monte qui nõ infructuoſas arbores habet·ſed olineta in quibꝫ lumẽ eter
num alit᷑ ⁊ ſoluit᷑ infirmitas ⁊ requies laſſis dat᷑.

¶ Et ſcindetur mons. Scindet᷑ media pars mõtis ad orientẽ in qua
ſunt arbores plantatę de gentibus de quibꝫ vna loquit᷑. Ego autẽ ſicut oli
ua fructi.i.d.d. ⁊ alia media ps quę ẽ circũciſionis incredul[illegible]ſcindet᷑ ad oc
cidentem·ipſa dico diuiſa valde grandi ꝓruptione.

¶ Et ſeparabitur mõtis m. Poſtq̃ mons oliuarũ ad orientẽ ⁊ oc
cidentẽ vocatione gen
tium ⁊ abiectõe iudeo
rum fuerit ſepatus·fiet
alia ſciſſura aquilonis
⁊ auſtri vt circũciſio
q̃ in occidente ẽ ſtet ad
aquilonẽ.i.ſiniſtra p
te·⁊ chriſtianus popu
lus qui in oriente·ſtet
ad auſtrum.i.ad dex
teram ptem.

¶ Et fugietis ad vallem. Cum tanta erit duorum populorum in toto orbe diuiſio·vt alij ad dexteram alij ad ſiniſtrã ſeparentur. Tunc quicũq; ſanctus ẽ·fugiet ad vallẽ montiũ dei.i.duoꝝ teſtamentoꝝ·q̃a illa uallis.i.quieta ſedes ⁊ cõcordia duoꝝ teſtamentoꝝ tẽdit᷑ ũ vſq; adeo vt idem ſint·ꝫ vſq; ad proximum·duo enĩ teſtamenta magis vicina ⁊ ꝯuenientia·q̃ꝫ vnita. Multa enĩ veteris amiſim⁹: ⁊ nouę gratię multa ſuſcepimus.

¶ Et fugietis ſicut fu. Sic ſub ozia terręmotus mortaliũ corda pterruit ⁊ territos huc illucq; diſperſit·ita duoꝝ populoꝝ ſepatio·⁊ rurſum in vnam fidẽ ſocietas credentiũ·inter duos mõtes placabili ſede requieſcet:q: vetus ⁊ nouũ teſtamentũ ſibi ꝯiungẽt᷑.

¶ Et veniet dominus. Poſt impletionem hoꝝ veniet dominus ad iudiciũ·⁊ ſãcti qui alibi nubes vocant᷑ cũ ipſo. Cum dies aduẽtus eius fuerit implet⁹·non erit lux in pijs ſed frigus ⁊ gelu·p refrigerata caritate ⁊ maloꝝ multitudine: quibꝫ depreſſis erit iuſtis vna ⁊ ppetua dies·nequaq̃ luce ⁊ tenebris ſibi ſuccedentibꝫ·ſed dominus erit lux omniũ.

† ſ non in tenebris·non ſole declinante poſt meridiem·

pedes eius in die illa,† ſuper mõtẽ
oliuarum qui eſt contra hieruſalẽ
ſ vnde orietur ſol iuſticie·
ad orientem·⁊ ſcindetur mons oli
uarum ex media parte ſui ad orien
tẽ ⁊ ad occidentẽ:ꝓrupto ͤ grandi
valde. Et ſepabitur montis medi
um ad aquilonem:et medium eiuſ
ad meridiem. Et fugietis ad vallẽ
montium eorum·quoniam con
iungetur vallis montium vſq; ad
ſ proximitate vt parum differant·
proximum. Et fugietis ſicut fugi
ſtis a facie terręmotus in diebus
ſ qui vſurpans ſacerdotium lepra percuſſus ẽ ad cuius impietatem tota terra mota eſt
ozię regis iuda. Et veniet domin⁹
deus meuſ:omneſq; ſancti cũ eo.
Et erit·in die illa non erit lux:ſꝫ fri
gus et gelu. Et erit dies vna q̃ no
ſ iudici·non homini·non enim poterit ignorare quã creauit· ſ nviciſſitudo diei nec noctis
ta eſt domino·non dies neq; nox.
† ſ cum impijs obtenebreſcet  ⁘ ſ vel peri.
⁘ ſ ſanctis
et in † tempore ⁘ veſpere erit ⁘ lux.
† ſ que ſoli deo nota eſt.  ⁘ que dant vitam
Et erit: ⁘ i die illa exibunt ⁘ aquę vi
uę de hieruſalem. Medium earũ
ſ quod mortuum dicitur.eo q; in eis aquis nihil poſſit viuere.
ad mare orientale:⁊ medium earũ
† ſ quod ducit ad egiptum.  ⁘ ſ nec calore ſiccabuntur·nec hieme conſtringentur.
†ad mare nouiſſimum. ⁘ In ęſtate
ſ † ſ tunc cognoſcetur dominus deus noſter·q̃ admirabile e·n·t·
⁊ in hieme erunt·⁊ erit † dominus

¶ Et erit dies vna. Quaſi vna dies ⁊ unum tẽpus ẽ:a primo aduẽtu vſq; ad ſecundum.

¶ Et erit in die illa exibunt a. Aquę q̃ de hieruſalẽ.i.eccleſia exit·doctrina ẽ ſaluatoris ⁊ baptiſmus·quarũ vna ps vadit ad mare orientale .i.populũ circũciſionis qui in aplis ⁊ p aplos electus ẽ·⁊ pars ad mare nouiſ·q: ab oriente ⁊ ab occidẽte venient q recũbent cũ·a·⁊·i·⁊·i. Hę aquę nec ęſtate pſpitatis·nec hyeme pſecutionis ceſſabũt.

¶ Cum tales aquę vtrunq; mare fuerint ingreſſę ⁊ amaras aquas dulci flumie mitigauerint·tunc dñs erit r.ſ.o.t.

¶ Id ē duo maria duo teſtamẽta quę niſi flumine ſpũalis intelligentię fuerint dulcorata amara ſunt·litera occidẽte ⁊ ſpiritu viuificante·

¶ In die illa erit do v. Dicunt iudei quãdo chriſtus ĩ aurea hieruſalẽ regnabit nõ erunt ydola nec diuerſa cultura:ꝫ vnus domin⁹·⁊ reuert et᷑ omis terra ad hoc q; deſeruerat·vt omnes vnũ deum colant. Et ponit noĩa locoꝝ a quo loco vſq; ad quẽ locum hieruſalẽ ſit ędificanda. In qua dicũt circumciſionẽ exercendã·⁊ legales hoſtias offerendas.

rex ſuper omnem terram. In die il
la erit dominus vnus·⁊ erit nomẽ
eius vnum. Et reuertetur omnis
terra vſq; ad deſertuꝫ:de colle ad
† ſ vbi eſt arbor maligranati  ⁘ ſ vſq; ad auſtralem plagam·
†remmon ad ⁘ auſtrum. Hieruſa
ſ ſ extendetur.  ſ in loco priſtino edificabitur·
lem exaltabitur: et habitabit in lo
co ſuo a porta beniamin vſq; ad
ſ orientalis.
locum portę prioris·⁊ vſq; ad por
tam angulorũ·⁊ a turre ananchel
vſq; ad torcularia regis. Et habita
ſ hieruſalem.  ſ nullus impetus hoſtilis nulla formido.
bunt in ea·⁊ anathema nõ erit am
plius:ſed hieruſalem ſedebit ſecu
ra. Et hęc erit plaga qua percutiet
dominus omnes gentes quę pug
nauerant aduerſus hieruſalẽ. Ta
beſcet caro vniuſcuiuſq; ſtantis ſu
per pedes ſuos·⁊ oculi eius conta
beſcent in foraminibus ſuis·⁊ lin
gua eorum contabeſcet i ore ſuo.
ſ cum hec miracula in confuſione hoſtiũ fuerint expleta·  ⁘ ſ vel ſtupor·
† In die illa erit ⁘ tumultus dñi ma
gnus in eiſ·⁊ apprehẽdẽ vir manũ
† ſ p formidine malorum ponderare que ſuper uenient·
proximi ſui: † ⁊ conſeretur manus
eius ſuper manũ proximi ſui. Sꝫ
ſ contra metropolim ſuam.de quo et ſupra dictum eſt.
⁊ iudaſ pugnabit aduerſuꝫ hierlm

¶ Alle. Cum dominus ihẽſus rex fuerit ſuper omnem terram tunc erit vnus dñs de quo ſcribit᷑. Scitote q̃niam dñs ipſe ẽ deus·⁊ vnũ nomẽ omnium praua religione calcata·tunc reuertet᷑ omĩs terra in qua habitauerunt iudei vſq; ad deſertum.i.vſq; ad populum gentiũ qui prius deſertus erat.quia ſine noticia legis·⁊ de colle adremmon.i.ad excelſum·q: de terra ⁊ de deſerto ad colles·⁊ de collibꝫ vſq; ad mõtana ꝯſurgemus·⁊ inde vſq; ad auſtrũ plene lucis·⁊ ſic exaltabit᷑ aſcendendo eccleſia·⁊ habitabit in loco vbi ſcriptũ eſt. In loco paſcuę·ibi me collocauit a porta b·icipiẽdo a virtute quã dextra ſignificat ꝑuenient ad portã priorẽ:vt p eã ingrediant᷑ ad ceteras. Poſt occurrit porta.an. vbi ẽ lapis ãgularis q̃ ꝯiũgit duos pietes ĩ vnũ. Poſt occurrit turriſ ananchel·q̃ d̃r gratiſſim⁹ dei·de hac turre dicit ſanct⁹ ad dñm: fact⁹ ẽ ſpes mea turris f.a.f.i. q̃ turre nihil grati⁹ eſt homi de laboribꝫ mũdi ad deũ ſuſpiranti. Inde venit᷑ ad torcularia regiſ ut imitatoreſ paſſionis xp̃i bibãt vinũ qd̃ lę.c.itroducti ĩ cellã vinariã di·⁊ q̃ hmõi torcularibꝫ inebriabunt᷑·habitabunt in ęleſti hierlm·in qua nõ erit anathema.i.maledictio ⁊ ſepatio a deo·ſꝫ ſecura q̃es ꝯfidentibꝫ in deo.

¶ Et hęc erit pla. Deſcribit pęnas quas paſſuri ſũt q̃ ꝯtra vrbẽ dei pugnabũt·ſtabũt ſup pedes ⁊ caro eoꝝ tabeſcet ⁊ defluet ⁊ ocli eoꝝ putridi de ſuis foramibꝫ excidẽt ⁊ lingua q̃ dei pplm blaſphemabat itra dẽteſ ꝯputreſcet·arbitrant᷑ iudei gẽtes q̃ hierlm impugnabũt tpe xp̃i ſui talia mala paſſuras.
Iuxta literã ĩ hyſtorijs legim⁹ hęc mala pſecutoribꝫ eccię ꝯtigiſſe. Caro herodis ⁊ ocli ei⁹ ꝯtabuerũt·ligũę multoꝝ i ferorẽ ⁊ ſaniẽ diſſolutę ſũt·ꝑterea

¶ Alle. Deficientibꝫ malis ſuccreſcũt bo -- (reſtãt eis tormẽta in futuro.
na·q̃ ſtant cũ deo illis defluũt carnalia·oriunt᷑ ſpũalia·defluentibꝫ oculis q̃ terrena ꝯcupierãt·pomunt᷑ alij q̃s ꝓphets leuat ad habitantẽ in cęlis putreſcẽte lingua blaſphema naſcit᷑ illa q̃ tota die meditabit᷑ iuſticiã dei ⁊ laudẽ

¶ In die illa tumultus d. Cuncti qui in eccleſia fuerint mirabunt᷑

ſubiectōnem hoſtium ⁊ ſuā felicitatē; ⁊ manus mutua fide ⁊ neceſſitudine copulabunt. ⁊ iudas qui prius confeſſus nomen dei. ⁊ poſtea coactus a perſecutoribus dei populū eſt perſecutus. ⁊ ipſe poſtea vertetur ad leticiam. et ꝯgregabit diuitias gentiū. aurū ſcȝ ſpūalis. argentū diuine eloquentie. et veſtes diuerſarum virtutū quib⁹ induat populū dei.

Hec ſibi infelix iudea ꝓmittit: ſperans accipere aurum q̄ dn̄m triginta argenteis appreciauit.

Siceri⁊ ru. e. Hec iudei carnaliter implenda contendūt. ꝙ per domini victoriam admirabilē; ſicut homines corruerunt. ſic etiam bruta aīalia ī caſtris ſupent.

Iumenta que vno noīe ꝯprehendit ꝑ ſingulorū peccantiū naturā iterpretanda ſūt.

Corruētibus a priori ſtatu. ⁊ in meliorem cōſurgentib⁹: qui pri⁹ erat equ⁹ hinniens ad vxorem proximi ſui ꝑdebit mollia ērga xpo equiti. Qui mulus. i. ſterilis virgo carne: n̄ ſpū. cōuerſus ad deū non erit lignū aridū: ſed habebit locū ī domo dei ⁊ muris eius. Qui camelus. i. grauib⁹ peccatiſ depꝛeſſus: meditans legem dei. ſ; quia vngulam n̄ findit negligenſ que legit portabit onera chriſti. Qui aſinus infrenis multos dominos prius ferebat: ſtratus veſtibus apoſtolorum ſaluatorem portat in hieruſalē.

Et celebrēt f. t. Hec quoq; iudei in mille annorū regno futura promittunt. ꝙ debeat celebrari feſtiuitas tabernaculorum ī memoriam beneficiorum dei que facta priꝰbus eorū ſunt habitātibus in tabernaculis in deſerto.

Qui eſt ī profectu ⁊ certamine: habitat ī tabernaculo tanq̄ aduena et peregrinus. ſ; ſubmerſo pharaōe ꝑueniet in terram promiſſionis. hic deb; celebrare ſolennitatem tabernaculorū. vt de tabernaculo ad atria dei. ⁊ de atrijs ad domū. ⁊ a domo ad templū feſtinet.

ſ et a dn̄o cōceſſa victoria.
Et congregabunt diuitie omnium
ſ q̄ militauerunt cōtra hieruſalē ſ hec i diuitijs ꝑcioſiora reputant
gentium incircuicū. aurum. ⁊ argē
ſ et
tum veſtes multe ſatis. Sic erit
ſ populus iudeorū ē camelus qui legē dei rumiat. ſ; nō findit vn
ruina equi ⁊ muli ⁊ cameli ⁊ aſini.
gulam vt credat in patrē et filium. nec diuidit litterā a ſpiritu. et onere legis premit.
⁊ omnium iumētorum que fuerint
ſ hoim
in caſtris illis ſicut ruina hec. Et
omnes qui reliqui fuerint de vni
ſ al. uenerūt
uerſis gentibus que venient con
tra hieruſalem. aſcendent ab anno
ſ ꝑ ſingulos annos.
in annum. vt adorēt regem domi
num exercituum. ⁊ celebrent feſti
uitatem tabernaculorum. Et erit
qui nō aſcenderint de familijs ter
re ad hieruſalem: vt adorent regē
dominum exercituum. non erit ſu
ſ dn̄ice bn̄dictionis
per eos imber. Quod ſi ⁊ familia
egypti non aſcenderit ⁊ n̄ venerit:
ſ imber ſ reputabit
nec ſuper eos erit. Sed erit ruina
qua percutiet dominus omnes gē
tes que nō aſcenderint ad celebrā
dam feſtiuitatem tabernaculorū
ſ reputabit
Hoc erit peccatum egypti. ⁊ hoc
peccatum omniū gentium que nō
aſcenderint ad celebrandam feſti
uitatem tabernaculorum. In die
ſ aurum et argentum quo frenū ſolet ornari.
illa erit quod ſuper frenum equi ē
ſ mētes
ſanctum domino. ⁊ erunt lebetes
prius ſacrificia legalia carnaliter affectātes. ꝑ
in domo domini quaſi phyale co
virulentia carnium guſtabunt flores virtutū
ram altari. Et erit omnis lebes in
et ita conſecrabunt dn̄o in viſione pacis. et con
hieruſalem ⁊ in iuda ſanctificatus
feſſione veritatis.
domino exercituū. Et venient oēſ
ſ lebetib⁹
imolātes ⁊ ſumēt ex eis. ⁊ coquent
in eis. Et non erit mercator vltra i
domo dn̄i exercituū in die illa.

Et erit qui nō aſcenderit. Hieruſalem. i. eccleſia. non eſt in locis humilibus: ſed in mōte ſita. vt vndecūq; poſſit videri. Qui ergo vult adorare dn̄m: aſcendat ad montana. Qui vero de familijs terre eſt. i. aliqua occupatōne terrene vite depꝛeſſus. ⁊ ideo deum nō poteſt adorare ī montibus: terra illius nō irrigatur celi imbribus.

Q; ſi et familia e. Hec omnia iudei carnaliter ſperāt futura. circūciſionem ſibi ⁊ coniugia in mille annorum imperio promittentes: ne impleat ī illis maledictio: q̄ ſterilib⁹ ꝑ legē idicitur.

Quandiu aliquis permanet egipti⁹ vel ethnicus: nō pōt ſubrigere grandam ad gelſa. iō caret imbre dei. ⁊ hoc peccatū erit maximū egiptio. ⁊ aſſi

rio. chaldeo. ſyro. moabite. ⁊ ceteris gētib⁹ ſi noluerīt exire de terris ſuiſ. vt deſiſtāt eſſe homines. ⁊ effecti iſraelite in quibus dolus nō eſt. aſcēdāt ī hieruſalem. vt ꝑ tabernacula veniāt ad domū eternam.

In die illa erit qđ ſuper. f. e. e. Iuxta litteram tēpe ꝑpetue ſolennitatis ⁊ regni hierſem pacatis oībus. n̄ erit opus equitatu: ſed oīs ornat⁹ ⁊ decor phalerarū ad cultū dei ē ꝯferēd⁹. ⁊ miſtis vndiq; cōfluētib⁹ ad ſacrificia aſſidue erūt lebetes in cultu ſacrificiorū. ſicut phyale ſolent aſſidue lucere corā altari. nec erit aliqs lebes ad alium vſum dedicatus.

Cū lebetes fuerint verſi ī phialas. tūc q̄ relicti fuerīt d̄ vniuerſ gētib⁹ carnes coquent victimaꝝ. ne crudam ꝯmedāt carnē: ſ; omīs humor excoquat. nec erit neceſſarius mercator qui d̄ loco ad locū merces deferat.

Per equos iſania libidinis itelligitur. ꝑ frenoſ: ſermo dei auro ſapie ⁊ argēto eloquij ꝯpoit⁹. Hoc freno retinetur libidinoſus. ne ī precepſ corruat. ſ; recto itinere ꝑgēs mollia terga dn̄o ad ſedēdū ꝑbeat. ⁊ cultui illi⁹ prone ſit ꝯſecratus. et lebetes in quibus coq̄bātur carneſ ſacrificiorum: vertūtur ī phyalaſ. quia illi qui carnaliter itelligebāt: de ſacrificijs legalib⁹ ꝟſi in ſpūalē itelligētiā: ſūt lāpades ardētes ⁊ lucentes ī domo dei.

Cū mētes credētiū erūt verſe in ſpūales phyalas ad ſuſcipiēda diuerſa aromata ꝟtutū. tūc imolātes deo ſacrificiū laudis coquētill⁹ igne ſpūſſancti. nec erit ī domo oratōiſ mercator. q2 dn̄s d̄ eccia ſua eīntes ⁊ vēdēts eiecit. ⁊c.

## Incipit Prolog⁹ in Malachiam prophetam.

Deus per moyſen populo iſrl̄i preceperat ſacerdoteſ tabernaculi ſui omni corꝑali vicio liberos: hoſtias oī vicio vacuas ſibi offerre. Quibus legem ſuā ad regendū populū ob hoc dederat vt per ſacrificiorum oblationē internuncij dei ⁊ hominum facti. populū ꝑceptis celeſtibus facerent obedire. Unde ſacerdotes āgeloſ dei eſſe: hoc in loco ſcriptura teſtat. Sed q2 tanti muneriſ gratiā ꝯtemnentes: ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vicio deturpata. ipſi criminib⁹ atq; impietatibus maculati deo offerre cepūt. Iō ꝑ malachiā prophetam deus populū ſuū iſrl̄ icrepās ait. Dilexi vos dicit dn̄s. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nōne fr̄ erat eſau iacob dic̄ dominꝰ. ⁊ dilexi iacob. eſau aūt odio habui? Eſau aūt fratreȝ iacob n̄ iniq̄ aut ſpōtanea volūtate odio habitū a deo. vl ſine meriti gratia iacob dilectū maifeſtū ē: cū ſcḋm ꝑſciētiam ſuā. eſau quiđ effuſionē ſanguis fraterni concupiſcere. iacob aūt ſui cognitōe obſuādā legē deſiderare ꝯgnoſcerē. Cui⁹ rei grā ſupradicto vſus ē exēplo. dicēs. Dilexi iacob. eſau aūt odio hūi. Quāuis ex opib⁹ memoratoꝝ: quoꝝ liber geneſeos memīt. i quo vnuſq̄ſq; eoꝝ futur⁹ erat, ꝑpoſito manifeſte ꝯſtet vt ſcriptū ē. Creuerūt pueri. ⁊ erat eſau hō agreſtis ſciēs venari. iacob āt hō ſimplex manēs ī tabernaclo. Nā reliq̄ q̄ lectiōe ꝯꝑhenſa ſūt ꝑuaricationē populi iſrl̄ in obſeruādis ſacrificijs dei. icrepationēq; ī eūdē ꝙ deos alienos coluerit ſignificāt.

## Incipit Argumentum.